



In sempi-térna sæ-cu-la. A-men.

✠ Si de uno Martyre Ordinis Prædicatorum fiat Officium, dicatur

℣. Ora pro nobis beáte N., allelúia. R̄. Ut digni efficiámur promissionibus Christi, allelúia.

✠ Si vero de alio Martyre Officium fiat, dicatur sequens  
℣. Glória et honóre coronásti eum Dómine, allelúia. R̄. Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum, allelúia.

Ad Magnificat Antiphona Fíliæ Jerúsalem., pag. 865.

AD II. VESPERAS.

Super Psalmos Antiphona Sancti tui., pag. 865.; Psalmi de Communi unius Martyris extra Tempus Paschale, pag. 810.; Capitulum, Hymnus et ℣. ut supra in j. Vesperis, pag. 867. et sequentibus. Ad Magnificat Antiphona In civitate Dómini., pag. 866.

IN COMMUNI PLURIMOR. MARTYRUM.

AD I. VESPERAS.

Super Psalmos Antiphona Hi sunt. cum Allelúia., pag. 814.

Capitulum.

Hebr. 11.

**S**ANCTI per fidem vicérunt regna ⁊ operáti sunt justítiam, adépti sunt repromissiones : in Christo Jesu Dómino nostro.

Respon-  
sorium  
iij. toni.

Lux perpé-tu- a lucébit sanctis tu-is